

natum Petrum non debere quoquomodo personaliter aut realiter inquietari. Non obstantibus aliquibus legibus, consuetudinibus seu statutis, que^a huic nostre gratie in aliquo oviarent. In quorum testimonium et ipsius Petri cautelam presentes licteras fieri mandavimus nostro sigillo secreto a tergo muniri.

Dat. Tud(erti), sub ann(o) Domini MCCCXXVIII, rengni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

Que quidem lictere erant sigillo cere rubee sigillate, in cuius scultura erat quedam aquila et in eius circuitu erant lictere sic dicentes: ·S· secret. Ludovici Dei gratia Romanorum imperatoris s. a. Presentatum michi infra-scripto cancellerio per suprascriptum . . preceptorem Alamannorum in palatio veteri comunis Tuderti. Sub ann(o) Domini MCCCXXVIII, ind. XI, prefato domino imperatore rengnante, mense Agusti die penultimo, presentibus u. s. w.

Es folgt das Juramentum des Baldinus de Marsciano, des Ugolinus de Basschio und der Judices des Baldinus.

Zum Schluss möge n. 234 Ludwigs Urkunde von 1328 Mai 21 (s. oben) in Transsumpt von Jun. 14 folgen:

1328 Mai 21.

In nomine Domini amen.

Hoc est exemplum cuiusdam imperialis privilegii, sigillati vero imperiali sigillo cere albe seu crocee pendenti ad filos rubeos et croceos sericos, non aboliti, non abrasi, non cancellati, non vitiati nec in aliqua sui parte suspecti cum imperiali magestate sedenti super trono, cui subtus tronum subsistunt duo leones et circum hinc inde due aquile cum palla regali in sinixtra et virga in dextra. In cuius sigilli circulo ex parte una hec lictere apparebant: ·+· Ludouicus quartus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus. Ex altera vero parte ipsius sigilli sculta erat quedam aquila et in circo ipsius aquile hec lictere legebantur: ·+· Iuste iudicate filii hominum.

Privilegii autem tenor et continentia per omnia talis est:

Ludovicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus discreto viro Bardino de Piscia suo et imperii fidei dilecto gratiam suam et omne bonum.

a) über der Zeile Hs.